Illustriss. Nobilissimeq. Domine.

Ante aliquot istos dies remisi ad Cl[arissi]mum TUUM meum Chronicon Diestense. quod te iam non sine voluptate credo accepisse. admonitum quanta sint Diestensium haeredum hoc est PRINCIPIS CELSISSIMI TUI quanta Selehemia TUA decora. quae ego porrho pergo extollere magis magisque, ad singula fere Momenta novis indicijs se mihi undique insinuantibus et de quibus tandem certus fio non alio loco latas LEGES SALICAS quam quo dudum indicinam feci. Poscebas tu, darem hanc operam TIBI: ego vero a TE peto ut in TUUM sinum sinas me hoc gaudium effundere prius tamen consilij mei consicium incoram (cum te Selehemij venerabor Aditiali TUO illic die) explicandi: quod iubeat Deus brevi me videre! Inter hac siquid a Golio nostro es nactus quod ad me posset mitti, beabis si mittes. beabor imo si TEIPSUM prius (quam ab illo quidquam) videam, et PRINCIPEM Tuum DIOSTIENSEM in ipsa urbe DIOSTE. quae circa annum 520 fratres duos dedit Eucherium et Falconem Tongrorum succedentes invicem Episcopos Comitis tunc Diostiensis filios. quod nuper admodum didici Ut et illud. quod Zuendiboldus Rex Austrasiae sive Lotharingiae anno 898 Excussit de manu Episcopi Tongrensis (hoc iam tum erat Leodiensis) certa mancipia et ingenuos declaravit, ac si . . . . . . numquam fuissent IDQUE SECUNDUM LEGEM SALICAM. Actum Dioste. O mihi tam longe! Tam longe Utinam PUTEANO! cum quo Excessere omnes. defleo veris lacrumis amicam domum cheu hoc Palladio vacuam, imo desolatam. hoc unum possum. Tu dolori meo fave, non ignarus (credo) mali, et quia potes (potes namque omnia) unà memoriam Amici communis. et vel hoc ipso testare quam me agnoscas cuiusmodi me praedico

Inter Tuos assertum.
Gottefredum Vendolinum

Wüst Harcà Wusegasti
quondam domicilio
V Kal. Feb. 1647

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wendelinus) 20
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4532

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wendelinus) 20
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4532

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wendelinus) 20
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4532

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wendelinus) 20
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4532

ad 20

ILLUSTRISS. VIRO
Constantino Hugenio
Toparchæ
Zuylichem et Seelhem
CELSITUDINI ARAUSIENSI
ab Arcanis et Consilijs
ad Comitiuam.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wendelinus) 20
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4532

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wendelinus) 20
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4532